



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 120. Galliarum Rex Romam ingressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

per quarum ruinas ipse Deus Gallis por- Sæcul. XV.  
tam sat amplam aperiisse credebatur ; A.C. 1494.  
præterea promiscuæ populi querelæ au-  
diebantur, eoquod commeatum urbi ad-  
vehere, præfidiarii Ostiæ milites prohibe-  
rent; verbo, ad communem feditionem  
spectare res videbatur, jamque populi  
fæx turmatim ad Plateas concurrebat,  
ac factiosis clamoribus petulantius voci-  
ferabatur: *Pax! Pax!*

### §. CXIX.

*Papa ad arcem S. Angeli profugus*

Inter tot arcta prehensus Pontifex, nil Burch. l. 2.  
. reliquum habebat, quam ut ad verti- Volater. l. 3.  
cem arcis S. Angeli celeri fuga sese re-  
ciperet, præprimis tamen Regi significa-  
ri jussit, urbem, quandocunque libuerit  
ingredere. Porro fugientem Papam Jo-  
annes Baptista Ursinus atque Olivarius  
Caraffa Cardinales comitabantur, ceteris  
quoque potissimum partem quaqua versum  
fuga dilabentibus; nonnulli tamen Car-  
dinales, qui sua in Regem studia lucu-  
lentius declarare amiebant, Caroli Ro-  
manam ingredientis latera stipabant.

### §. CXX.

*Galliarum Rex Romam ingressus.*

Igitur Rex die trigesima prima Decem- Spond. hoc  
bris inclinato sole, accensisque faci- ann. n. 9.  
bus

Sæcul. XV. bus Romanam ingreditur ; ea autem urbe  
A.C. 1494

*Calabriæ Dux jam summo mane excelle-  
 rat , Neapoli Alphonsum Patrem suum  
 conventurus. Dicta ergo die Carolus ,  
 tem. 3. gene-  
 rat. 50. pag.  
 307.*

*S. Mariæ de populo nuncupari consueve-  
 rat, ea pompa , qua nuper Florentiam,  
 nunc quoque Romanam intrabat , obviam  
 procedentibus cunctis urbis Magistrati-  
 bus , qui Pontificis , populique Romani  
 nomine portarum claves Regi offerebant,  
 ac demum triumpho magnificentiam au-  
 sturi , sese Gallorum ordinibus adjunge-  
 bant. Hic comitatus speciem exhibebat  
 exercitus ad prælium instructi; Lancea-  
 rii enim lanceas suas retinaculis insertas,  
 ac femori innixas tenebant , Sagittario-  
 rum vero dexteræ intensis arcubus ar-  
 matæ apparebant , gestabantque Hel-  
 vetii suas hastas , ac secures ad ferien-  
 dum paratas. His itaque copiis vias &  
 compita obsidentibus , Rex per urbem ad  
 ædes S. Marci regio apparatu adornatas  
 deducebatur , ubi militares circumcirca  
 stationes , atque excubiae summa vigi-  
 lantia disponebantur , perinde ac si Nea-  
 politani Regis exercitus jam proxime im-  
 mineret. Tandem Romanæ urbis posses-  
 sio ita a Gallorum exercitu capiebatur , ut  
 si captivorum frequentiam , & depræda-  
 tionis ferociam excipias , haud discrepa-  
 re videretur ab ingressu urbis cuiusdam ,*

*Albinus de  
 bello Gallic.  
 l. 6. p. 130.*

quam

quam Victores armorum vi expugnave- Sæcul. XV.  
rant. A. C. 1494.

### §. CXXI.

*Ementitus Dux Eboracensis a vidua  
Burgundiæ Ducissa in Henricum  
VII. concitatus.*

Haud levioribus, quam Italia, tumul- *Larrey hist.*  
tibus agitabatur Anglia; ingentem *Angl. tom. I.*  
enim rerum vicissitudinem inducebat im- *Polyd. Virg.*  
placabile odium, quo adversus Henricum *hist. Anglic.*  
VII. exarserat Vidua Burgundiæ Ducissa *lib. 26.*

Philippi Audacis conjux, Eduardi IV.  
soror. Hanc vulgus iratam Henrici Ju-  
nonem nuncupabant, eoquid non minus  
pertinaci ira Angliæ Regem, quam olim  
Juno Jovis conjux Trojanos infectata es-  
set; cum autem anno millesimo quadrin-  
gentesimo octagesimo sexto Lambertum  
Simnel supposititium regni Hæredem ad-  
versus Henricum irrito prorsus conatu  
fuscitasset, hoc itidem anno Domini su-  
pra millesimum quadringentesimo nona-  
gesimo quarto fictum quemdam Eduar-  
di IV. filium novo commento produxit,  
liberiori mendacio spargens, hunc non  
modo fese Richardi III. immanitati sub-  
duxisse, sed etiam lictoribus auro cor-  
ruptis, e Londinensi turri eorum opera  
effugisse, tandemque in securitatis locum  
opportune delatum, Usurpatoris sœvi-  
tiam elusisse: serio igitur Ducissa animum

ad-